

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

quòd scripta sit Arithmetica hæc à me, in te reiſcio: ita cauſam
 quòd typis ſit ædita, reiſcio in præfatum dominum Doctorem,
 qui tunc erat epifcopus meus. Et cum poſtea opus à Typogra-
 phis differretur, adeò, ut & ego nihil amplius illud curarem,
 contentus quòd à Bibliopola quodam, pecuniam mihi pro la-
 bore meo promiſſam recepifſem: accidit uxorem meam ad-
 uerſa uale tudine conflic tati adeò miſere, ut ad fletum plerunq;
 commoueret uicinas, quæ eam compaſſionis ſtudio frequenta-
 bant. Quam cum ope ſua Chriſtus per pharmaca & conſilia
 tua reſtituiſſet, & ego debita facere pararem, reſiſtebas, aſſeue-
 rans exiguum officium te mihi præſtitifſe. Cum autem non
 perſuaderer, ut exiguum ducerem, curafſe uxorem cõmodam,
 fidelem, & in aduerſis conſtantia probatam, cœpi denuo me
 conferre ad priorem rationẽ gratificandi tibi per Arithmetica.
 Illis igitur, qui neq; eam nolebant, neq; uolebant excudere,
 promiſi me locupletaturum, ut uel ſic detentam tam diu, de ma-
 nibus eorum eriperem, quatenus per hanc occaſionem aliq; cui-
 dam Typographo exhiberetur, qui huiusmodi artium ſtudia
 diligentius curaret. Tandem ita ſucceſſit, ut pro uoto talem in-
 ueniremus, qui de peregrinis characteribus nihil (ut aliq;) con-
 quereretur, ſed par negotio, & uellet & poſſet. Et ſic librum
 ſecundum tandem confidenter adauxi, decimo
 Euclidis, ut non fruſtrâ ad me, & à me ad
 Petreium, redierit exemplar à capti-
 uitate ſua. Vale feliciter.